K Darius (S)

SYLVESTRI DARII DE LVCA IVRIS VTRIVSQ; DOCTORIS REPETITIO .L. PRIME ff. DE VERBO. OBLI GAT.

¶ Reuerendissimo ac Illustrissimo in Christo patri & domino domino Thome Tituli sanctae Cecilie presbytero Cardinali Eboracensi: Anglie primati magnoq; Cancellario: necnon S.S. Ro. ecclesie de latere legato meritissimo: Syluester Darius lucensis. S.P.D.

Vm ligurgi salmosis Nume pompilij compluriumq; aliorum exẽplo: qui legibus suis quo maiorẽ in populo auctoritatem haberent numen aliquod præficere consueuerũt. Aliquem huic mee iuris disputationi præficere cogitarem a quo authoritatis aliquid exhauriret. quem tecum cõferrem presul illustrissime mortaliũ neminem inueni. Quis enim te vel præclarior: vel probabilior censeri potest? quem ob singularem prudentiam innumerabilesq; virtutes Rex inuictissimus noster Henricus octauus omnium prudentissimus: ut reip. Anglie preponeret: ex omnibus elegit: cui soli plenam liberamq; regni sui inclytissimi administrationem demandauit quem potissimum in grauissimis regni sui negocijs in consilium adhibet/cui soli arcana cogitationesq; omnes pectoris sui sacratissimi penitus reserat atq; patefacit: quem deniq; mortales omnes ob integritatem fidẽ aliosq; honestissimos mores: tanq̃ terrestre numen passim venerantur & colũt. Nec id sane Antistes præclarissime iniuria Tu.n. solum quod rectum sanctum sincerũq; sit amas & colis tu solum quod maxime deceat honestum decorũq; sit cogitas menteq; reuoluis: nil dolose: nil fraudulenter agis: neminem decipis nemini adularis tu pro societatis humane comodo res semper geris magnas plenasq; laborum periculorumq; tu quid de te homines sentiant probe circumspicis ac ita loci temporis personarumq; rationem habes: vt aliquando Mallium torquatum & Brutum seueritate Cæsarem nonnunq̃ & Pompeium clementia. Zenocratem & Marcum Drusum grauitate. C. Cæsarem Luci filium & Isocratem hilaritatẽ sermonisq; festiuitate superare videaris: ex quo maximum decorum: maxima constantia maximaq; moderatio tua longe clareq; placet. Perfulget insuper eloquẽtia doctrinaq; tua præcipua ingenium perspicacissimum rectumq; in omni scientia iudicium: quippe qui ab ineunte etate nil unq̃ eruditione præstantius nil homine dignius esse duxeris: ac in omni rerum cognitione bonarumq; artium disciplinis ita excellens euadere uolueris: vt tante omnibus qui eruditionem plene nouerint admirationi esse cõsueueris q; doctrinã tibi potius diuinitus: infusam q̃ a te partam attestari profiteriq; compellant. Tu eruditissimus adeo eruditos beneficijs foues meritis prosequeris vt ad te solum veluti ad vnicum liberaliũ omniũ disciplinarum parentẽ confugiant/te certatim omnes lucubrationibus suis celebrent: nomenq; tuum merito: vsq; ad astra extollant immortaleq; reddant. Emicat vndiq; tua erga deum optimum maximum charitas atq; deuotio singularis. cũ tam accurate/tam pie/tam deuote/quæ ad diuinum cultũ pertineant peragas: ne qd tibi magis cordi q̃ honor dei esse videatur: tu ab incunabulis deum offendere a viro ingenuo semper alienissimum esse duxisti ac boni quicquid laude ve dignum vnq̃ fecisti. (Teste tua in rebus omnibus inscriptione) videlicet. Dominus mihi adiutor/ad eterni patris laudem honoremq; referre cõsueuisti. Eximiã religionẽ tuam præsul religiosissime clare omnibus indicant cõplura proprijs sumptib9 in dei gloriam a te constructa sacella cãtorum ingens tua maxima impensa in eius laudẽ conductus numerus vestimentorũ/vasorũq; præciosissimorũ multitudo exuberans. Attestatur vbiq; larga iugisq; in Christi pauperes tuarũ erogatio facultatum peculiarisq; in eos pietas propẽsissimum deniq; tuum tum regularium tum secularium clericorum mores corrigendi in meliusq; reformandi studium. Admirantur homines incredibilem tuam in gubernãdo scientiam industriam/grauitatẽq;. Obstupescũt ingenij tui summam perspicaciã altissimũ mẽtis consilium animiq; magnitudinẽ & constantiã. Obmutescunt cũ videant nominis tui claritatem non hoc in regno solum: sed apud nationes omnes celebrari teq; omniũ principum regumq; uota pro tuo arbitrio disponere. Subsistunt stupidi cum non ignorent ab vniuersa christiana rep. primas: prudentiæ partes sine cõtrouersia tibi esse cõcessas. Cõsideret quisq̃ Princeps sapientissime: si qs me celsitudini tue adulari putet: quantum imprimis Leo. X. prudentiæ tuæ tribuat qui te tum Cardinalitia dignitate tum legationis munere tum ornamentis dignitatibusq; aliis que a pontifice summo in quemq̃ conferri possunt motu proprio/honestare ornareq; non cessat unq̃ grauer quicq;



quod ad S.S.Ro.eccle.pertinet tua pruden-
tia inconsulta statuit atq; deliberat eamq; tan-
q̄ firmissimam sacrosancte apostolice sedis co-
lumnam habet/ atq; omni studio conseruat.
Contempletur quantum reges principesq; om-
nes alij eam venerentur quorū iussu oratores
domum tuam quotidie frequentant/ te consu-
lunt te obseruāt in grauissimisq; negocijs pru
dentie tue vim experiuntur & predicant. Vide
at itaq̄ demum quantum prudentiam tuam at
testentur innumerabilia eximiaq; facinora tua
presertim pax illa sancta inuiolabilisue que in
ter omnes christianos principes a multis sepe
tentata a te solo tandem nuper summa cum re
gis nostri laude perfecta est qua arma e mani-
bus christianorum principum collapsa ecide-
runt grauissimaq; bellorum discrimina sedata
sunt/ ac tota christiana resp. ex uasto incendio
erepta ad veram pacem summamq; tranquilli
tatem redacta est. Taceo clemētissime presul
tanq̄ rem notissimam incredibilem beneficen-
tiam eximiamq; tuam in cuiusq; generis homi-
nes liberalitatem cum a teneris (vt greci aiunt)
vnguiculis nihil vnq̄ magnificentius nihil ma
gno ac eximio viro dignius esse duxeris q̄ bona
sua ad beneficentiam liberalitatemq; conferre
virisq; probis honestis/ uirtutibusq; preditis/
pro moribus pro dignitate/ pro virtutibus g-
desse. Ostendunt satis animum tuum genero-
sissimum princeps eximie magnifica edificia
tua/ ampleq; domus/ eorumq; splēdidissimi ap
paratus. Comprobant ingenuissimā mentemq;
tuam vasa aurea/ argentea/ gemmisq; ornata.
Indicant deniq; ne in re notissima non necessa
rijs testibus vtar munificentissimum cor tuum
familiarium tuorum nobilium copia ingens ac
innumerabilis. Quid dicam demum de iustitia
tua Antistes celeberrime qua omnium virtu-
tum tibi nulla prestantior/ nulla charior/ nulla
acceptior unq̄ fuit quippe que ab amplitudine
tua precipua regnorum omnium conseruatrix
iudicatur. Hanc presul iustissime ea cura obser
uas ea colis diligentia vt in iure reddendo nul
lo unq̄ animi affectu uinci patiaris. Non enim
amor/ non odium/ non spes/ non metus/ non
ambitio/ non auaritia te mouet diligis pariter
omnes pariterq; omnibus que equa sunt indul
ges. Tu non authoritati non gratie hoc inclyt-
tissimo in regno locum esse permittis sed equa
lance librataq; trutina impotentibus sic ut po-
tentibus nullo discrimine iustitiam admini-
stras omnium querelas libenter pariterq; exau

dis/ ac uilissimis quibuscunq; aniculis interpel
lantibus faciles aures prebes tu quos iudicas
ita prius veris rationibus conuincis vt sese me
rito iustissimeq; iudicatos esse profiteantur tu
cuiusq; dignitatē virtutes honestosq; labores
honoribus premijs splendore gloria decoras/
uicia uero fraudes/ perfidiam/ ignauiam dam-
nis ignominijs uinclis exilijs morte damnas &
mulctas. Quare princeps preclarissime cum in
ter egregias animi tui uirtutes iustitie cultor
precipuus existas cum te remp. Anglicam regēte
iustitia que in celum euolasse ferebatur rursum
e celo in Anglicum regnum descendisse uide-
atur cum te iustitiam administrante/ homici-
dia/ furta/ rapine/ adulteria/ stupra/ sacrilegia/
sycariorum inuasiones e regno hoc celeberri-
mo emigrasse noscantur cum sis tandem natu
re opus mirabile/ iustitie probitatis/ fidei pru-
dentie/ vera imago & exemplar. Mortalium ne
mini potius q̄ tibi hanc iuris disputationem di
candam esse non ab re fore duxi/ quam si beni-
gno animo princeps clementissime accipere/
eiq; arridere dignatus fueris/ nō ficte quidem
vt a prometheo corpora humana olim spiritū
ingeniosi poete sumpsisse tradidere sed uere
quidem a celsitudine tua tanq̄ a terrestri numi
ne id spiritus authoritatisq; hauriet vt in pub-
licum prodire/ nullo modo sit formidatura.
¶Quodcunq; .n. nomini tuo dicatur id amplitu
dinis tue splēdore adeo illustratur vt in obscu-
ro esse atq; in tenebris latere minime possit.
¶Quodcunq; alarum tuarum umbra protegi-
tur id ex atro & obscuro eximium & preclarum
inuictissimumq; illico redditur. Vale princeps
clementissime.

¶Repetitio.l.j.ff.de ver.obli.

Con.i.

Nullus scribentium usq ad hec tempora uidetur habuisse ueram intelligentiam pollicitationis ponendo casum & eius ueram rationem in quo consistat pollicitatio.

Con.ij.

Conabor ego dare nouam & forte substentabilem intelligentiam.

Con.iii.

Non uidetur in hūc diem intellectum per scribentes / quod dicitur de iure q populus non consentit.

Con.iiii.

Enitar ego dare nouū intellectum & forte substentabilem.

Con.v.

Nullus scribentium uidetur usq ad hec tempora habuisse ueram intelligentiam an & quādo infans possit gerere actum.

Con.vi.

Conabor ego adducere in medium nouam & forte substentabilem intelligentiam.

Con.vii.

Verus sensus tex.in.l. Donatarū. C.de acqui. poss.non uidetur usq in hunc diem cognitus a Doctoribus.

Con.viii.

Conabor ego dare nouum sensum & forte substentabilem.

Con.ix.

Vera ac fundamentalis ratio quare longum interuallum inter interrogationem & responsionem uiciet stipulationem uidetur usq ad hec tempora latuisse in tenebris.

Con.x.

Conabor ego nouam & forte substentabilem rationem in medium afferre.

Con.xi.

Nullus scribentium in hūc diem uidetur intellexisse ueram rationē diuersitatis inter has duas stipulationes videlicet quare si petā a te.xx. tu promittas.x.ualeat stipulatio in.x. & tamē si petam a te aliquid mihi dari.j.xx. dies tu promittas dare.j.decem non ualeat stipulatio.j.x. Item si petam a te.x. & tu promittis.xx.ualeat stipulatio in.x. & tamen si petā a te aliquid mihi dari.j.x dies & tu promittas.j.xx.non ualeat stipulatio.j.x.dies.

Con.xii.

Conabor ego in mediū adducere nouā & forte substentabilem rationem diuersitatis.

Con.xiii.

Verus intellectus.l.i.§.si stipulanti.ff.de uer. obli.uidetur usq in hūc diē latuisse in tenebris

Con.xiiii.

Conabor ego nouum & forte substentabilem intellectum in lucem afferre.

Con.xv.

Nullus scribentium in hunc usq diem uidetur cognouisse uerā solutionem inter.l.si.x.ff.loc. &.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbitris.

Con.xvi.

Conabor ego dare nouam solutionem & forte substentabilem.

Con.xvii.

Nullus scribentium videtur usq in hec tempora bene intellexisse quando dicendum sit q in maiori summa negatiue prolata minor non cōtineatur.

Con.xviii.

Conabor ego dare nouam intelligētiam & forte substentabilem.

Con.xix.

Nullus scribentium hucusq uidetur cognouisse ueram rationem differētie inter.l.si.x.ff.loc. et.l.i.§.si stipulanti.ff.de uer.obli.

Con.xx.

Conabor ego dare nouam et forte substentabilem rationem.

Con.xxi.

Si stipulor a te.xx.ex causa lucratiua et tu promittis mihi.x.non ualet promissio in.x.nisi superueniat cōplacētia stipulatoris cōtra cōem.

Con.i.

Nullus scribentium usq ad hec tempora uidetur habuisse ueram intelligentiam pollicitationis ponendo casum et eius ueram rationem in quo consistat pollicitatio.

Con.ii.

Conabor ego dare nouam et forte substentabilem intelligentiam.

Scribentes in hoc difficili passu ponūt multos casus in quibus secundum ipsos consistit et reperitur pollicitatio.

Primus casus secūdum ipsos est quādo fit promissio absenti citra nūcium uel epistolam.

Secũdus casus est quãdo fit promissio presenti
q dicat ꝙ nõ acceptat nec recusat. Tertius ca
sus est qñ fit promissio presenti titulo oneroso.
Quartus casus est quãdo fit promissio presenti
q̃ cõtineat aliquid quod nõ sit utile presenti.
Quintus casus est quãdo in presente cui fit pro
missio non apparent signa consensus.

Omnes isti casus referuntur late a moderñ. pa
pieñ. in Rub. nostra ubi in proposito adducũt
multa iura & auctoritates / & secundum ipsos
modernos. Doctores fundant omnes istos ca
sus supra una tantum ratione uidelicet ꝙ ideo
in istis casibus cõsistat pollicitatio quia in om
nibus ipsis est tantum solius offerentis promis
sum. Non adduco iura nec auctoritates docto
rum in isto casu primo quia ut dixi prefati mo
derni in loco p̃al. ea oia late & copiose adducũt
Secundo quia non est intẽtionis mee insistere
in allegatiõibus nisi quaten⁹ necessitas urgeat
Non insistendo ut dixi in allegationibus ꝙ pri
mus casus siue prima intelligentia scribẽtium
non uideatur bona inquantum uolunt ꝙ pro
missio facta absenti citra nuncium uel epistolã
sit pollicitatio ostendo tribus medijs. Primo ꝙ
dictus primus casus Do. nõ sit bonus uidetur
iudicio meo ineuitabiliter probari per tex. in. l.
Charidemus. ff. de polli. in proposito a mode.
papi. all. siue in illo tex. sit littera negatiua siue
affirmatiua hoc modo inducendo.

Aut Doc. uolunt ꝙ in. d. tex. sit littera negati
na & tunc ego dico ꝙ iudicio meo est ibi tex. a
pertus per quem probatur ꝙ pollicitatio non
potest fieri absenti & sic contra primũ casũ pmũ si
ue primã intelligẽtiam ipsorũ met Doc. inquã
tum uolũt ꝙ adesse pollicitationis requiritur
ꝙ promissio fiat absenti. Hãc inductionẽ de di
cto tex. facit Bar. in. d. l. Charidemus hanc ean
dem inductionem proprie in terminis nostris
contra. d. primũ casũ do. faciunt moderni papi
enses in Rub. nostra & dicũt tex. multum strĩ
gere cõtra primam cõem omniũ doctorum do
ctrinam & ista sint quantum pertinet ad indu
ctionem. d. tex. stante littera negatiua.

Aut Do, uolunt ꝙ in. d. tex. sit littera affirma
tiua & tunc dico ꝙ est ibi tex. planus ꝙ pollici
tatio potest fieri absenti etiã interueniente epi
stola & sic contra intelligentiam ipsorum met
doc. in quantum uolunt ꝙ adesse pollicitatio
nis requiratur ꝙ promissio fiat absenti / citra ta
men nuncium uel epistolam. Habeo tamẽ a ui
ro fide dignissimo ꝙ in pãdectis que reperiun
tur florentie littera tex. in. l. Charidemus tali
ter se habet uidelicet. Vulpian⁹ libro primo re
sponsionum Charidemo respondit. Ex episto
la quã muneris edendi gratia absens quis emi
sit compelli eum ad editionem non posse.

His sic stantibus modo pro maiori declaratio
ne huius difficultatis contra primã meam indu
ctionem factam de. d. tex. in. l. Charidemus in
quantum presupponimus ꝙ in ea sit littera ne
gatiua primo arguo hoc modo. Textus in. l.
Charidemus stante littera negatiua non dispo
nit ꝙ pollicitatio de qua in. d. tex. nõ ualeat ex
ea ratione quia facta simpliciter absenti sed di
sponit ꝙ nõ ualeat ex ea ratione quia facta ab
senti per epistolam & ratio est quia epistola fa
cit transire actum in pactum. l. j. & ij. ff. de pac.
l. qui autem. §. fi. ff. de cõsti. pe. l. j. ff. de cõtrah.
empti si tex. disponit ꝙ non ualeat pollicitatio
de qua in, d. tex. ex ea ratione quia epistola fa
cit transire actum in pactũ & non ex ea ratiõe
quia facta absenti ergo sequitur necessario ut
ex se patet ꝙ inductio prima per me facta de di
cta. l. Charidemus non tollit primam intelligẽ
tiam doc. quia ex predictis apparet ꝙ non ab
sentia sed epistola impedit pollicitationem de
qua in dicto tex. quam epistolam doc. propter
hãc rationẽ remouẽt in suo primo casu siue pri
ma intelligẽtia ad ualiditatẽ pollicitatiõis & sic
prim⁹ casus Do. remanet adhuc firm⁹ & bon⁹.

Ad istud argumentũ quod prima facie uidetur
aliquantulum coloratum reñ. multis modis &
primo ꝙ argumentũ est de directo cõtra mẽtẽ
tex. in. d. l. Charidem⁹ patet clarissime ex inspe
ctione totius tex. & presertim in uerbo ex epi
stola posito in dicto tex. nã si argumẽtũ supra
factũ esset uerum tex. dixisset propter epistolã
non autẽ ex epistola / patet etiam ex dictis glo.
Bar. & aliorũ in. d. l. Charidem⁹ & moderñ. pa
pieñ. in Rub. nostra ubi adducunt tex. pro con
trario in eo ꝙ dicitur in prima intelligẽtia siue
in primo casu Do. ꝙ pollicitatio fit inter absen
tes alias tex. nullo modo fuisset cõtrari⁹ / patet
etiã quia si iuris cõsultus considerasset ꝙ in ca
su nostro epistola faceret transire actum in pa
ctum respondisset eũ qui emisit epistolã teneri
arg. l. iuris gentiũ. §. j. ff, de pactis iuncta. l. j. §.
j. & l. totiens. l. septitia. ff. de polli. patet etiam
quia nullus doctor considerat nec facit funda
mentũ in isto intellectu tanq̃ contrario intenti
oni tex. sed Doc. omnes dant aliã solutionẽ de
qua in preallegato loco & ego. j. subiciam.

Secundo & magis fundamẽtaliter rñ. ꝙ nõ est
simpliciter uerũ ꝙ per promissionẽ factam per

epistolam ciuitati inducatur pactū sed dico ꝙ attendēdus est modus secūdū quē epistola mittitur ciuitati hoc euidēter ꝓbabo in substentatione noui intellectus quē intēdo tenere in hac materia si hoc est uerū ergo sequitur ꝙ cū in. d. l. Charidemus nō appareat per quē modū fuerit emissa epistola ciuitati in dubio debemꝰ dicere ꝙ fuerit emissa in modū inducende pollicitationis & nō pacti arg. uulg. l. imperator. ff. de indiem adie. l. qui testamēto cū ibi no. ff. de testa. si epistola est emissa in modū inducēde pollicitationis & nō pacti ergo nō debemus posse dicere ꝙ lex Charidemus disponat ꝙ non ualeat pollicitatio in. d. tex. ex eo quia epistola facit transire actū in pactū sed necessario debemꝰ dicere ꝙ id disponat ex eo qa facta absenti patet quia alias pollicitatio facta ꝑ presentē reip. ualet & tenet to. ti. ff. de polli. & per hec sit sublatū primū argumentū supra factū cōtra primā meā inductionē factam de. l. Charidemꝰ supra alle. stante littera negatiua & inductio per me facta remaneat firma. Secūdo cōtra eandē inductionē meā arguo ex solutione doctorū data ad dictū tex. in. d. l. Charidemus hoc modo Do. uolūt ꝙ possimꝰ rñ. ad. d. tex. ꝙ ille tex. nō dicit ꝙ pollicitatio nō possit fieri per epistolā / & sic per absentē / sed bene dicit ꝙ si fiat per epistolā promittens non obligatur nec cōpelli potest ad soluendū ratio quia non obligatur quis ex pollicitatione nisi quando pollicitatio est facta in honorē publicū uel quādo est uestita rei principio. l. j. §. j. & §. cepisse. ff. de polli. ista sūt uerba formalia moderñ papieñ. & fuit ista solutio Bar. & glo. in. d. l. Charidemus. Si Doc. uolunt ꝙ in tex. l. Charidemus nō dicatur ꝙ pollicitatio nō possit fieri ꝑ absentē ergo inductio mea falsa. Ad hoc arg. ego rñ. primo ꝙ prefati Doc. in sua solutione presupponūt fatētur & tenent ꝙ pollicitatio possit fieri per epistolā patet euidentissime ex eorū uerbis supra per me formaliter relatis ibi lex nō dicit ꝙ pollicitatio nō possit fieri per epistolā si hoc est uerū ꝙ pollicitatio possit fieri per epistolā ergo clare apparet ꝙ primus casus siue prima intelligentia Do. est euidenter falsa in quantū in dicta intelligentia sua uolunt ꝙ necessario adesse pollicitatiōis reqratur ꝙ ꝓmissio fiat ab absēte citra tñ nunciū uel epistolā. Secūdo rñ. ꝙ solutio data per Do. ad illū tex. in. l. Charidemus alia ratione nō potest esse bona uidelicet quia non habemus ꝙ dū queritur de uno dubio semp intelligendū est ꝙ omni alio respectu habilitas concurrat. l. q in testamēto in prin. cū ibi notatis. ff. de testa. sed in casu. d. l. Charidemus solū queritur a iuris cōsulto utrum pollicitatio fieri possit per epistolā patet ex se iuncta. l. j. §. j. ff. de polli. ergo intelligendum est ꝙ omni alio respectu habilitas cōcurrat si habilitas concurrit oī alio respectu ergo necessario dicendū est ꝙ pollicitatio de qua in. d. l. Charidemus esset facta ob honorem publicū si erat facta ob honorem publicū & nō ualet ergo sequitur ꝙ solum nō ualet ex eo quia pollicitatio est facta ab absente & sic appatet ꝙ solutio Doc. nullo modo potest esse bona ad illū tex. uel saltē nullo modo tollit obiectū a me factū contra primū casū Doc. & sic inductio mea remanet defensata.

Secūdo principaliter ꝙ dicta prima intelligentia siue primus casus positus supra a Doc. non uideatur bonus ergo sic lex abhorret ꝙ aliquid plene & quoad effectū acquiratur alicui penitꝰ ignoranti & nullo modo consentiēti tex. est cū ibi. no. in. l. si qs ita. ff. de cond. insti. & ibi Bar. & glo ubi ꝓbatur ꝙ licet legatū recta uia trāseat in legatariū a morte testatoris. l. a titio. ff. de furtis. l. cū pater. §. surdo. ff. de. le. ij. scribentes late i. l. stichū. ff. de. le. i. tñ ad hoc ut legatarius possit consequi legatū plene & quoad effectū requiritur necessario ut legatū sciat & acceptet. d. l. si quis cū no. si lex hoc abhorret & clarū est ꝙ secundū primā intelligētiā siue primū casum Do. obligatio q̄ nasceretur ex pollicitatione acqreretur plene & etiā quoad effectū penitus ignorāti & nullo modo consentiēti patet qa Doc. remouēt ex parte eiꝰ cui ꝓmittitur oēm sciētiā & oēm cōsensū ergo dicēdū ē ꝙ lex abhorreat dictū primū casū & sic per cōsequēs ꝙ. d. intelligētia siue. d. primꝰ casus Doc. nō sit bonꝰ. Hoc argumēto stāte. Pro ulteriori indagatione materie nostre arguo primo cōtra hoc meū argumentū hoc modo Doc. nō negāt qn in casu nr̄o sit necessaria notitia eius cui ꝓmittitur imo admittūt & uolūt ꝙ interueniat notitia et acceptatio dūmō notitia interueniat aliūde q̄ ꝑ nūciū uel epistolā patet ex uerbis ipsoꝝ Do. dū solū dicūt ꝙ ibi est pollicitatio ubi promissio fit absenti citra tñ nūciū uel epistolā / et nō excludunt notitiā nec acceptationē et rō in qua se fundāt Do. est qa notitia q̄ interuenit aliūde q̄ ꝑ nūciū uel epistolā non inducit pactū hoc exp̄sse tenēt glo. Bar. et alii in. l. Cōsensu. ff de acti. et obl. l. i. ff. de de cōtrah. ēpti. l. absēti. ff de don. si do. nō negāt imo uolūt ꝙ in casu nr̄o interueniat notitia et acceptatio ergo argumētū

supra proxime factũ corruit et per consequens non tollit. d. primam intelligentiam siue dictũ primum casum doctorum. Ad hoc argumẽtũ respõ. primo ꝙ ista non est mens doctorum patet ex inspectione uerborũ modernorũ papiẽñ qui euidentissime excludunt omnem notitiam uel saltem omnem acceptationẽ in casu nostro ex parte eius cui promittitur patet ex secundo tertio quarto quinto casibus doctorũ supra in principio conclusionis per me relatis in quibꝰ omnibus aperte excluditur acceptatio patet expressissime ex uerbis Bal. in Rub. C. de. Do. ꝑmi. ubi dicit ꝙ pollicitatio non est pactum sed pars eius qa in pollicitatiõe interuenit solꝰ cõsensꝰ ꝓmissoris sine receptiõe siue acceptatiõe. Secundo respond. ꝙ in donatione undecunꝗ perueniat notitia perinde est ac si perueniret per nuncium uel epistolam. Probatur ex no. per scribentes in preall. l. consensu. ff. de actio & obli. l. absenti. ff. de Don. si hoc est uerum ergo cum pollicitatio fiat ex causa donationis. l. i. §. cepisse in uerbo liberalitate & l. ex pollicitatione in uer. liberalitati & in uer. Donatorem & in. l. imperatores in uer. Donationibus. ff. de polli. dicendũ est ꝙ undecunꝗ interueniat notitia perinde sit ac si interueniret per epistolam & sic induceretur pactum.

Tertio & magis fundamentaliter respõdeo ꝙ licet secundũ Do. in casu de quo per eos non producatur inesse pactum tamen negare nõ possunt Do. quin consensus interueniat ex utraꝗ parte uidelicet ex parte offerentis & ex parte acceptantis ad hoc ut actus possit consequi effectũ si consensus interuenit ex utraꝗ parte ergo necessario sequitur ꝙ in dicto casu non est solius offerentis promissum si non est solius offerentis promissum ergo nec pollicitatio. l. iij. sepius all. iuncta. l. j. §. dolũ cum no. ff. de dolo, & sic argumẽtum doctorum corruit. Et si tu diceres ꝙ non ualeat ista consequentia hic est consensus promittentis & acceptantis & sic duorũ ergo hic saltem iuris cõsideratione non potest dici ꝙ sit solius offerẽtis promissum & per consequens pollicitatio. Arguendo ꝙ ista consequentia non ualeat hoc modo in tex. sepius allegato in. l si quis. ff. de cond. insti. & similiũ interuenit consensus testatoris & legatarij acceptantis & sic duorum patet ex ipso tex ad litteram & tamen hoc non obstante dicimus ꝙ legatum dependet a sola testatoris uoluntate tãtum & non duorum si legatum dicitur pendere a sola uoluntate testatoris tantum & nõ duorum licet ibi sit consensus duorum ergo arguendo a simili dicamus ꝙ licet in promissiõe de qua in casu doctorum interueniat cõsensus ex parte offerentis & ex parte acceptãtis & sic duorum tamen non sit inconueniens dicere ꝓsertim cum non interueniant isti consensus ꝑ nũcium uel epistolam ꝙ actus sit actus solius offerentis tantum & non duorum & in persona offerentis tantum consistat & per consequens sit pollicitatio/licet pro executione actus etiã ille cui promittitur consentiat. Respõ. ꝙ uerũ est ꝙ nos dicimus ꝙ in casu de quo in. d. l. si qs & simi. licet interueniat consensus duorum ꝙ tamen sit actus qui dependeat a uoluntate testatoris tantum & sic unius tantum/sed dico ꝙ ratio huius est quia in casu dicte legis nec considerari nec dici potest ꝙ unꝗ̃ fuerit simul duorum consensus / ratio quia consensus legatarij producitur inesse solum in eo tempore in quo desinit esse inesse cõsensus testatoris patet/qa consensus legatarij producitur inesse solũ post mortem testatoris quo tempore consensus testatoris desinit eẽ inesse. c. si gratiose de rescripti. in. vj. l. iiij. ff. loc. l. fi. ff. cõia pred. Bar. late in l. Centesimus. §. fi. ff. de uer. obli. si hoc est uerum ergo non est mirum cum nunꝗ̃ fuerint simul isti consensus si lex non considerat actum de quo in dicta. l. si quis & simi. tanꝗ̃ actũ duorum sed potius unius tantum uidelicet testatoris arg. l. queritur. ff. de adopti.

Sed ista ratio nõ militat in casu nostro imo est penitus diuersa ergo non est arguendũ de uno casu ad alium uulga. l. papinianus. ff. de mino. ꝙ sit diuersa ratio patet quia in casu nostro cõsensus offerentis & acceptantis reperiuntur aliquando uno & eodem tempore simul licet etiã diuersis temporibus interueniant ut ex se patet/ergo non est mirum si actus de quo in casu nostro dicitur & consideratur tanꝗ̃ actus duorum faciunt optime in argumentum ad corroborationem predictorũ tex. in. l. j. §. sed ego. ff Qr iussu. l. si quis michi. §. fi. ff. de acqui. here. l. iiij. ff. de manu uin. paulus de cast. late in. l. absenti. ff. de Dona. & sic ex his uidetur sublata oppositio facta contra responsionem meam

Secundo non obstat fundamẽto supra per me firmato in quo habeo ꝙ obligatio non acquiritur quo ad effectum penitus ignorari Do. Bar. in. l. Illud. C. de sacro san. ecclesijs ubi uult ꝙ si ego existens in Camera dicam/promitto cẽtũ pauperibus christi ꝙ talis ꝓmissio ualeat

iure uoti et pollicitationis/quia rñ. ꝙ illa do. Bar. est falsa eo quia est contra tex. in. l. Charidemus supra sepius all. stante littera negatiua. Secundo rñ. ꝙ saltem est dubia/quia cōtra eam tenet glo. expresse in. d. l. illud tertio dico ꝙ procedit in terminis suis si est uera videlicet in uoto & ratio differentie inter terminos Bar. & terminos nostros potest esse illa que assignatur a tex. in. l. sunt persone. ff. de relig. & sumpti funer. videlicet ꝙ illa est summa ratio que pro religione facit quarto respōdeo ꝙ ex quo dicta promissio fuit facta amore dei ꝙ dei presentia & cognitio que est vbiꝙ supplet & operatur vt actus ualeat prout in simili tenet expresse. d. abbas in proemio gregoriano ultimo & forte uerius dic ꝙ iure speciali lex tollerat ꝙ obligatio que nascitur ex promissione facta deo & reip. acquiratur quoad effectum ignorāti & nō consentienti patet quia lex sciuit ꝙ deus non consentit eo consensu qui consideratur a iure nec resp. consentit quia est res imaginaria & tñ uoluit dictam obligationem acquiri deo & reip. to. ti. ff. de polli.

Tertio principaliter cōtra dictam primam intelligentiam siue primum casum do. arguo de regula auctẽ. Multo magis. C. de episcopis & cleri. vbi habetur ꝙ si de quo magis videtur inesse & non inest ergo nec & de quo minus hoc modo inducendo. Clarū est ꝙ magis videtur inesse ꝙ si ego dono priuato centum simpliciter & ex mera liberalitate/ prout requiritur in uera donatione ista ce..tum acquirantur priuato ignoranti q̄ qñ ego pollicear ex causa prout requiritur in pollicitatione. l. j. §. j. in ver. decernendū cū simi. ff. de. polli. sed istud nō inest in donatione. l. absenti cum ma. supra sepius all. ergo multo minus debet inesse in pollicitatiōe

Expedito igitur primo casu siue prima intelligētia do. Venio ad alios casus supra ꝑ me relatos in principio conclusiōis & dico ꝙ etiā minꝰ videntur ueri alij casus do. inquantum uolunt ꝙ si fiat promissio presenti qui dicat ꝙ non acceptat nec recusat producatur inesse pollicitatio. Item si fiat promissio titulo oneroso & his similibus/& ꝙ hi casus non uideantur ueri arguo primo sic. Non est dicēdum ꝙ lex que adinuenit pollicitationē & de ea fecit vnum titulum specialem ꝙ uoluerit ꝙ dicta pollicitatio nullius esset momēti uel effectus/ patet primo quia natura & lex nil frustra operātur. l. si. C. de donatio. l. que extrinsecus. j. eo probatur secūdo aperte in. l. De pollicitatiōibus & to. ti ff. de poll. sed si promissiones de quibus per doctores essent pollicitationes certe tales pollicitationes essent sine effectu patebit ex infra dicendis ergo non est dicendū ꝙ lex loquens de pollicitationibus uoluerit loqui de promissionibus de q̄bus per doctores. Qꝫ tales pollicitationes essent sine effectu/probo arguēdo a sufficienti partiū enumeratione hoc modo/& pono casum ꝙ quis promittat presenti qui dicat ꝙ non acceptat nec recusat prout ponunt Do. Et tunc sic.

Aut Do. uolunt ꝙ promissio de quā in presupposito sit pollicitatio ante acceptionem vel recusationem tacitā vel expressam partis presentis ꝑut oino vidētur uelle & tūc dico ꝙ clarū ē ꝙ si ista ꝑmissio esset pollicitatio talis pollicitatio esset sine effectu & ratio est quia ista ꝑmissio anteq̄ acceptetur vel recusetur vt ex se patet est in suspenso & quod est in suspenso est sine effectu. l. fi. ff. cōia prediorū. l. si tibi homo. §. cū seruus. ff de le. j. & patet ex se. Aut Do. uolunt ꝙ talis promissio sit pollicitatio postq̄ fuerit acceptata a parte & tunc etiā dico ꝙ hoc est impossibile & ratio est quia statim interueniēte acceptatione talis promissio trāsit in pactū. l. j. ff. de pac. cū simi. et est de mente ipsorū met doctorū hic. Aut do. uolunt ꝙ talis promissio sit pollicitatio postq̄ fuerit recusata a parte/et tunc etiam dico hoc esse impossibile ratio quia interueniente recusatione talis promissio euanescit itaꝙ nūq̄ uidetur fuisse inesse. l. q sic. ff. de solu. l. si tibi homo. §. cū seruus. ff. de le. j. et est de mente ipsorum met scribentium et sic ex his patet ꝙ nullus casus positus a Doc. potest esse uerus uel bonus.

Ostendo ex alio euidentissime ꝙ predicti casus non sint ueri hoc modo clarum est ꝙ si casus supra positi per doctores essent ueri sequeretur arguendo a simili ꝙ si ego dicerē tibi presenti ego uēdo tibi meum equum pro. X. ꝙ anteq̄ tu responderes et ego emo ꝙ primo inter nos esset factus et in esse productus unus contractus diuersus ab emptione et uēditione/ et postq̄ tu dixisses ego emo tunc esset factus et inesse productus/cōtractus emptionis et uēditionis patet/quia do. uolūt ꝙ si ego dico ꝑmitto tibi. X. āteq̄ tu acceptes ꝑducitur in esse pollicitatio et postq̄ tu acceptaueris ꝑducatur in

esse alius diuersus contractus puta pactũ: sed in emptione & venditione est falsum: ꝙ ãte cõsensum emptoris producatur inesse vnus contractus: & post consensum alius: puta emptio: ergo similiter debemus dicere falsum esse quod tenetur a doctoribus super predictis casibus.

Eodem modo Rñ. ad alios casus consideratos a Do. in hac materia/ quia autin eis non apparebit / ex parte eius cui promittitur consensus verus/ vel præsumptus: & tunc tales promissiones erunt in suspenso: vt supra ostensum est: & ex se patet: aut apparebit cõsensus & producetur in esse pactum: aut apparebit dissensus: & promissio euanescet/ & sic in nullo casu cõsiderato a Do. erit dare pollicitationẽ saltem effectualem & de iure considerabilem.

Vera igitur intelligẽtia & declaratio pollicitationis est iudicio meo: ꝙ tunc dicatur & producatur in esse pollicitatio quando fit promissio reip. quia in tali casu reperitur solius offerentis promissum.

Pro declaratione huius noue intelligentie. Primo pro ea ipsa intelligentia arguo hoc modo. Respubli. non potest consentire nec dissentire. l. j. ff. de lib. vniue. l. Sed si ex dolo §. j. ff. de Dolo cũ simi. Bar. expresse in. l. Aut facta. §. li. ff. de pen. si resp. non potest nec cõsentire nec dissentire: ergo necessario sequitur/ ꝙ in promissione facta reip. reperitur solius offerentis promissum si reperitur solius offerẽtis promissum. ergo necessario ex promissiõe facta reip. producitur in esse pollicitatio. l. iij. ff. de polli. vincta. l. j. §. Dolum. ff. de Dolo

Secundo contra eam ipsam intelligentiam: arguo sic. Aut tu vis ꝙ ꝓmissio fiat reip. per absentem citra nuncium uel epistolã: & tunc ego dico ꝙ talis promissio non valebit nec poterit esse pollicitatio saltem effectualis de qua loquitur: to. ti. ff. de polli. patet clare arguendo etiã a fortiori ex tex. in. l. Charidemus. ff. de polli. secundum litteram negatiuã qui uult ꝙ pollicitatio non possit fieri per absentem.

Aut tu vis ꝙ promissio fiat reip. ab absente ꝑ nuncium vel epistolam: & tũc etiam dico ꝙ talis promissio nullo modo valebit: nec poterit esse pollicitatio probatur primo ex tex. in. d. l. Charidemus stante littera negatiua. Secundo patet: quia vel statim talis promissio accepta epistola vel nuncio trãsibit in pactũ: puta si regentes remp. consentient vel euanescet puta si dissentient vel erit in suspenso: puta si delibera uerint: & sic nullo modo talis promissio poterit esse pollicitatio saltem effectualis.

Aut tu vis ꝙ promissio fiat reip. per presentẽ & tunc etiam dico eadem ratione ꝙ talis promissio nullo modo poterit esse pollicitatio: patet: ꝗa si promittitur aliqd per ꝑsentẽ ꝙ sit vtile reip. regentes remp. qui presentes sunt si nõ consentiant: expresse presumentur saltem tacite consentire. l. Qui patitur. l. si remunerandi. §. si passus. ff. mand. & tũc talis promissio trãsibit in pactum iuribus supra all. iunctis. no. per Do. in. Rub. nostra. Si vero; promittitur aliquid ꝙ non sit vtile reip. & tũc clarum est vel ꝙ pręsidentes tacebunt deliberando: & tunc actus erit in suspenso vel acceptabunt: & tunc actus transibit in pactum: vel recusabunt tacite vel expresse & actus euanescet iuribus: supra in precedẽti cõclusione alle. & sic nullo modo erit pollicitatio saltem effectualis vel a iure cõsiderata.

Et sic arguendo a sufficienti partium enumeratione/ aperte apparet ꝙ promissio etiam facta reip. nullo modo potest esse pollicitatio.

Pro clariori responsione ad hoc argumentum: ego respondebo ad quolibet membrum argumenti particulariter: et primo quantum ad primum membrum/ in quo habetur: ꝙ si promissio fiat reip. per absentem citra nunciũ vel epistolam/ ꝙ talis promissio nõ potest valere/ tãꝗ pollicitatio respõ. breuiter ꝙ ego non fundo intelligentiam meã in hoc ꝙ promissio fiat reip. citra nuncium vel epistolam/ ideo super hoc vlterius non insisto.

Venio ad secundum membrũ in quo habetur ꝙ si ego promitto per epistolam uel per nũciũ aliquid reip. ꝙ talis promissio etiam casu quo valeret nõ potest dici pollicitatio prout supra in argumento deductum est.

Et pro clariori respõsione ad dictum membrũ presuppono / ꝙ quis potest dupliciter gerere actum cum repu. Primo modo potest quis gerere actum cum syndico vel seruo vel presidentibus reipub. contemplatione ipsius republi.

tex. est in. l. j. §. quibus ibi per quem tanq̄ etcē.
ff. ꝙ quisq̄ vni. no. tex. est in. l. Ciuitas cū ma.
ff. si cer. pe. Do. in. l. stipulatio ista. §. si stipuler
ff. de uer. obli. Secundo modo potest quis gere
re actum non cum syndico uel seruo/ uel presi-
dentibus reip. sed cum ipsa rep. met/ probatur
ex tex. in. l. j. in prin. & in. §. cepisse in uerb. rei-
pu. & to. ti. ff. de poll. l. municipio. ff. vt in poss.
& ibi gloss. in verb. ipsis leg. facit tex. in. l. mor
tuo. ff. de fideius. insti. de stipula. ser. in princi-
pio iuncto. §. j. & ibi Do. l. eum qui. §. si actori
ff. de constitu. pec. Do. late in. l. stipulatio ista.
§. si stipuler. ff. de ver. obli. Bar. in l usus fruct⁹
ff. de stipulatio. ser. facit optime tex. in. l. impe-
ratores. ff. de polli. ubi probatur ꝙ quādo quis
pollicetur reipub. querendum est an dicta pol
licitatio sit utilis reipu. nec ne/ ex quo datur in
telligi ꝙ qui pollicetur contrahit cum ipsamet
rep. non cum regentibus reip. patet quia si con
traheret cum regentibus postq̄ actus esset per
fectus: non esset amplius querendum an actus
ille esset utilis reip. uel non sed qualiscunq̄ es-
set seruandus esset per pre all. l. Ciuitas cū ma.
ff. si cer. pet. His sic presuppositis rñ. ꝙ si tu uis
presupponere ꝙ ego scribam epistolā vel mit-
tam nūcium & aliquid promittam syndico uel
regentibus remp. contemplatione ipsius reip.
& ipsi consentiant ꝙ tunc clarum est ꝙ promis
sio mea non poterit esse pollicitatio patet cla-
rissime quia in isto casu non erit consensus so-
lius offerentis tantum/ sed utriusq̄ partis uide
licet consensus meus & consensus regentium
remp. & sic erit pactum. l. i. ff. de pactis cū simi.
sepius all. Aut tu uis presupponere ꝙ ego scri-
bam epistolam vel mittam nuncium directum
reip. & promittam ipsi reipu. aliquid ex causa/
puta dicendo promitto tibi reip. romane etcē/
& tunc ego dico ꝙ licet ipsa epistola perueniat
ad manus syndici uel alias regentium remp. &
ipsi expresse consentiāt promissioni mee facte
reip. tamen potest dici ꝙ promissio mea rema
neat pollicitatio patet quia ex ista mea promis
sione facta reip. & eorum consensu siue accep-
tatione non inducitur pactū patet quia ex quo
actus gestus inter me & remp. ante consensum
presidētium erat iā perfectus & habebat sua es
sensialia requisita a iure non possumus dicere
ꝙ consentiendo dicte pollicitationi dicāt tunc
actui consentire sed potius actui auctorari que
auctoritatio non alterat actum nec eum trans-
mutat in diuersam speciem probatur ex no. p
Do. in. l. si quis mihi bona §. iussum. ff. de acq.
here. l. que dotis. ff. sol matri. Item probatur ex
emplo quia si ego emo a muliere fundum licet
interueniat consensus propinqui tamen ille cō
sensus ex quo non operatur circa productionē
inesse dicti contractus sed solum operatur cir-
ca robur et ualiditatem contractus iam produ-
cti inesse ex consensu meo & mulieris non dici-
tur consensus sed authoritas/ que non alterat
ipsum contractum nec eum transmutat in aliā
speciem contractus ut ex se patet. Idem dicim⁹
in tutore quando contraho cum pupillo idem
in iudice quando interponit decretum & simi-
lia. Si ergo consensus regentium rempu. inter-
uenit solum tanq̄ auctorizans et dans robur ac
tui iam gesto et dicta auctorizatio non alterat
actum per predicta inter me & rempublicā ex
quo non operatur circa productionem in esse
dicti act⁹ sequitur ꝙ possimus dicere ꝙ pollici
tatio mea nō transferatur propter dictum con
sensum in pactum sed ꝙ remaneat pollicitatio.
Preterea et secundo dico ꝙ posito ꝙ regentes
consentirent expresse/ ita ꝙ eorum consensus
esset verus consensus non auctoritas alia ratio
ne videtur ꝙ nō inducatur pactum nec aliquo
modo alteretur pollicitatio patet quia ex quo
presupponimus in casu nostro ꝙ promittens
non uellet contrahere cum regentibus uidetur
ꝙ si eorum consensus interueniat ꝙ idem con-
sensus nihil possit operari nec circa productio
nem pacti nec circa aliam alterationem pollici-
tationis patet ex se. & probatur exemplo quia
si ego dico ego uendo tibi ticio meum equum/
& alius tertius dicat ego emo non est dubium
ꝙ inter me et tertium non erit cōtracta emptio
ratio quia ego non consentio uēdere tertio sed
titio tantum. Et si tu diceres ꝙ eorum consen-
sus supplet consensum reip. ita ꝙ resp. ipsa vide
tur ꝑducere inesse pactū & nō ipsi regētes rñ.
ꝙ regentes non possunt supplere ita intellectū
reip ꝙ ipsa met resp. uideatur gerere actum fa
cit optime in argu. l. i. §. sufficit. ff. de admi. tu.
Do. in. l. licinnius locusta. § fi. ff. de le. ij. l. sti
pulatio ista. §. si stapuler. ff. de uer. ~~rñ. no~~. sed obli
esset necesse ꝙ actus fundaretur in ꝑsona regē
tiū & sic tūc eo casu essem⁹ extra casū ꝓpositū.
Vlterius et tertio dico ꝙ posito ꝙ interpositio
auctoritatis eundē haberet effectum quem in-
terpositio consensus/ uel talis esset consensus
qui posset inducere pactum uel alterare pol-
licitationem tamen dico ꝙ per hoc non cōfun-
ditur intellectus meus et ratio est quia posito
ꝙ in casu in quo syndicus et regentes consenti

unt promissioni mee mea promissio nõ posset
esse pollicitatio tamen poterit esse pollicitatio
si syndicus uel regentes remp. postq̃ ego misis
sem epistolam non consentirent neq̧ dissenti-
rent puta quia cognoscerẽt pollicitationem es-
se iam perfectam inter me & rẽpu. & d. pollici-
tationem esse utilem reip. & per consequẽs nõ
esse necessarium eos consentire insti. de aucto.
tu in prin. iuncto tex. in. l. ex pollicitatione in
uer. liberalitati et in uer. donatore cũ simi. Et si
ceres ꝙ est impossibile uel saltem non est de iu
re considerabile ꝙ si fiat promissio utilis reip.
presertim si fieret per presentem prout de iure
requiritur per. l. Charidemus supra sepius all.
ꝙ regentes non consentiant uel dissentiant pa
tet quia si non consentiant uel dissentiant ex-
psse. lex presumet eos tacite consentire / & sic
producetur inesse pactum. l. qui patitur. l. si re
munerandi. §. passus supra all. iuncta. l. j. ff. de
pactis. rñ. ꝙ. l. qui patitur &. l. si remunerandi
supra all. non habent locum in syndico nec in
tutore nec in regentibus remp. ratio quia gerẽ
tes rem alienam non possunt in rebus eorum/
quorum curam habent tacite consentire. Doc.
est Bar. & glo. in. l etiã. ff. de aucto. tu. Dy. &
Io. an in reg. qui tacet de reg. iu in. vi. Bar. ang.
imo in. l. gerit. ff. de acqui. here. ang. in. §. tutor
insti. de auct. tu. Si non possunt tacite consen-
tire & expresse non consentiant uel dissentiant
ut presuppositũ est ergo promissio mea rema-
net solius offerentis promissum si solius offe-
rẽtis promissum ergo & pollicitatio. l. iij. ff. de
polli. iuncta. l. i §. dolum. ff. de Dol. his eisdem
rationibus & fundamentis tollitur tertia pars
siue tertium membrũ argumenti videlicet quã
do promissio est facta a me reip. in presentia/
remp. representantium. Et sic ex his respõ. ui-
detur esse in totum sublatum argumentum su
pra deductum contra nouam intelligentiam/
per me datam.

Nec obstat huic mee solutioni Do. Inno. quã
refert & sequitur. D. abbas in. c. in genesi. in. iij
col. extra de elect. & in. c. quia propter eo ti. ubi
uolunt ꝙ uniuersitas tacite consentire possit/
quia rñ. primo ꝙ ibi illi de uniuersitate cõside-
rabantur tanq̃ singuli non tanq̃ uniuersi ita
sentit. D. abbas in. c. scriptũ. eo. ti. & in. d. c. qa
ppter. §. j. ubi dicit ꝙ interest singulorũ creare
abbatem secundum sui animi iudicium & quia
fit preiudicium cuilibet singulariter transferen
do potestatẽ suam etcetera & abbas in. c. in cau
sis eo titu. vel secundo rñ. ꝙ in illo actu de quo
per inno. illi de collegio fuerunt adhibiti vt cõ
sentirent uel dissentirent & ideo non dissenti-
endo uidẽtur tacite cõsentire hoc tenet expres-
se. d. fel. in. c. omnes extra de cõsti. tertio potes
dicere ꝙ casus specialis non est trahendus ad
consequentias. l. quod vero cũ simi. ff. de leg.

Secundo principaliter contra intellectum me-
um arguitur sic imaginarium representans se-
quitur naturã representati probatur hoc ma-
nifestissime ex dictis Bar. & aliorum in. l. vsus
fructus. ff. de sti. seruo. Do. in. l. j. §. si. ff. de acq.
poss. sed representati in casu nostro habent cõ
sensum ergo & imaginarium representans iu-
dicandum est tanq̃ habens consensum si hoc
est verum ergo omnia per te firmata sunt falsa
Ad hoc argumentum respõ. ꝙ non est verum
ꝙ representati uniuersaliter considerati habe-
ant consensum hoc clare probabo. j. in proxi-
ma sequenti conclusione.

Tertio principaliter arguitur hoc modo tu fũ
das intelligentiam tuam & exemplificas eam
solum in promissione facta reip. & rationem as
signas quia resp. consentire non potest. Tunc
sic vbicũq̧ est eadem ratio ibi idem ius esse de-
bet uul. l. illud. ff. ad. l. aquili. cum simi. sed cer-
tum est ꝙ siquis promitteret absenti furioso
dormienti hereditati bonorum posses. & simi.
promitteret non consentientibus ergo talis p
missio secundum te deberet esse pollicitatio er
go restrictio tua quatenus te restringis ad pro
missionem factam tantum reipu. non uidetur
bona ad hoc argumentum respõ. ꝙ ego nõ re-
stringo me ad pmissionẽ factã reip. ita ꝙ ego
uelim ꝙ promissio facta reipub. sola possit esse
pollicitatio ita ꝙ nulla alia promissio facta alij
q̃ reip. possit esse pollicitatio/ sed ego solum in
tendo dare casum in quo pollicitatio possit cõ-
sistere & omnes casus usq̧ in hũc diem positos
ascribentibus refutare & hoc satis est mihi pro
substentatione noui mei intellectus. Secundo
dico saluo meliori iudicio ꝙ ego credo ꝙ polli
citatio non possit fieri priuato absenti infanti
furioso hereditati bo. po. & simi. & primo mo
ueor ex. to. ti. ff. de polli. ubi nũq̃ fit mentio de
promissione facta priuato et simi. sed solum de
promissione facta reipu. quod non esset iudicio
meo si pollicitatio fieri posset priuato/ patet ex
inspectione omnium titulorum iuris ciuilis &
canonici in quibus aperte uidetur ꝙ in materia

que pôt conuenire & resp. & priuato leges & tituli fere semper loquuntur de priuato. Secūdo moueor ex his que dixi supra in .i. conclusione in secundo & tertio fundamēto principali. Tertio moueor ex dictis doc. in Rub. nostra ubi uolunt ꝙ nullus obligetur alteri ex pollicitatione ꝗ reip. ex speciali iure. Et ratio quare pollicitatio non fiat priuato & simi. forte potest esse illa quam assignant glo. & Doc. in .l. i. §. ꝙ si nemo ff. ꝙ cuiusꝗ uni. no. in alio posito. Nam ibi do. querunt que sit ratio cum alias respu. & pupillus equiparentur tamen resp. patitur uenditionem bonorum suorum & pupillus non / & reñ. ꝙ ideo resp. patitur uenditionem quia non speratur ꝙ sit mutatura statum suum secus in pupillo quia speratur effici maior sic ergo arguendo a simili dicere possumus in ꝑposito nostro / ꝙ ideo lex adinuenit pollicitationem pro rep. tantū quia non speratur ꝙ resp. sit unꝗ in eternū habitura consensum secus in absente infante dormiente furioso hereditate Bo. po. & simi. quia sperari pôt ut aliquando possint consentire & adeantur & agnoscantur. Nec huic tñ. obstat tex. in .l. cum donationis. C. de trāsa. Rub. C. de do. pro & uni. polli. & multi alij tex. ꝗ allegantur in proposito a moderñ papieñ ad probādum ꝙ pollicitatio possit fieri priuato / quia rñ. primo ꝙ uerbum pollicitatio positum in dictis iuribus exponi debet .i. promissio ex pacto nudo ita exponit glo. & sequitur Bal. et ceteri in .d. Rub. C. de do. promi. et in alijs iuribus supra all. nec talis expositio debet uideri absurda quia ut dicunt ipsi met moderni nos uidemus ꝙ iuris consulti qui cōmuniter magis proprie loquuntur ꝗ imperatores appellant ꝑmissionē id quod imperator appellat pollicitationē probatur ex .l. pe. C. de insti. et substi. iuncta .l. cum pater. §. fi. ff. de le. ij. allegatis ab ipsis moderñ in alio ꝑposito. Secūdo dico ꝙ dicta opinio modernorum confunditur ex dictis ipsorum met moderñ. papieñ hoc modo inducēdo. Clarum est ꝙ ex promissionibus siue pollicitationibus de quib⁹ in iurib⁹ ꝑ modernos all. quis obligatur priuato nō insisto in inductiōe ipsorū iuriū quia ipsa inductio euidentissime apparet ꝑ se / sed ipsi met moderni papieñ uolunt ꝙ ex pollicitatione quis non obligetur priuato patet ex uerbis eorundem met dum dicunt. Bene uerū est ꝙ ex pollicitatione quis non obligatur nisi quando polliceretur ciuitati et similibus ut in Rub. nostra per eos / si ergo secundum ipsos ex pollicitatione quis non obligatur priuato et iura per eos allegata loquuntur in pollicitatione facta priuato et ex tali pollicitatiōe promittēs obligatur priuato ergo necessario dicendū est ꝙ uerbum pollicitatio exponi debeat .i. promissio quia ex pollicitatione secundum ipsos modernos promittens non obligatur cuius cōtrarium determinant illa iura.

Vltimo non obstat si quis diceret tu restringis per tuum nouum intellectum pollicitationē ad promissionem factam reip. et dicis esse nouum intellectum et nouam intelligentiam et tamen ex dictis moderñ papieñ apparet ꝙ fuerunt alij ante te qui tenuerunt hūc intellectum et sic apparet ꝙ intellectus nō est nouus / quia reñ. ꝙ uerum est ꝙ fuerunt aliqui qui dixerunt ꝙ pollicitatio sit reip. et simi. tantum sed tamen non cognouerunt neꝗ dixerunt rationem ueram quare pollicitatio fiat reip. et quo modo possit consistere pollicitatio in promissiōe facta reip. sed dixerunt tantum ꝙ promissio facta reipu. ideo sit pollicitatio quia facta reip. et ꝑmissio facta priuato ideo sit pactū quia facta priuato quod est de directo cōtra tex. in .l. iij. ff. de poll. qui expresse ponit aliam differentiam inter pactū et pollicitationem. Preterea secundum intelligentiam illorum doctorum sequeretur ꝙ si respu. posset consentire ut tenēt cōmuniter doctores omnes ꝙ adhuc promissio facta reip. esset pollicitatio ratio quia facta reipu. et tamen hoc est falsum quia in .d. promissione esset duorū consensus et e cōtra si quis ꝑmitteret priuato ignoranti esset pactum ratio quia promissio est facta priuato ꝙ est falsum ut ex se patet ergo clare dicendum est ꝙ intelligētia Do. relatoꝝ a modernis papieñ nō sit aliquo modo bona. Ego uero fundamentaliter declaro et teneo ꝙ promissio facta reip. sit pollicitatio ex eo quia in ea reperitur solius offerentis promissum / et quo modo hoc procedat nouiter deduco et declaro ex quo apparet ꝙ intelligentia mea est noua et a nemine unꝗ in medium adducta.

Con. iij.

Non uidetur usꝗ ad hec tempora intellectum perscribentes quod dicitur de iure ꝙ populus non consentit.

Con. iiii.

Enitar ego dare nouum intellectū et forte substentabilem.

Glos et Do. in plurisbus locis tenēt ꝙ totus po

pulus omnino consentire possit & consentiat licet non facile. Hoc tenet glo. expresse in. l. metum. §. animaduertendum. ff. q me causa hoc tenet in. l. municipio. ff. ut in poss. leg. in. l. ii. §. deniq quia difficile. ff. de orig. iu. in. l. unica. ff. de lib. uniuer. Glo. Bar. et mod. in. l. i. §. fi. ff. de acqui. poss. Et sic ex his apparet q secundū do. totus populus pōt consentire et consentit licet cūm difficultate.

Q: iste intellectus non uideatur uerus probabo ex multis et pro clariori demonstratione ponam primo intellectum meum pro corroboratione cuius adducam ea iura & rationes ex quibus etiam apparere poterit intellectum doctorum non esse uerum.

Intellectus igitur meus sit q nullo modo totus populus saltem iuris consideratione consentire possit nec consentiat.

Q: iste intellectus meus sit uerus siue popul⁹ sit persona representata siue non ut declarat et late examinat Bar. in. l. Aut facta. § fi. ff. de penis mod. papień. in. l. j. §. fi. ff. de acqui. poss. & alii innumerabiles Do. in uariis locis pbo primo per tex. in. l. potuit. C. de iu. deli. Hoc modo inducendo. Clarum est q si hereditas deferretur de iure ciui, ciuitati pro ut de iure deferri potest. l. hereditatis. C. de heredi. institu. secundum Docto. omnes ista hereditas posset adiri a regentibus siue a maiori parte ciuitatis & ipsa aditio ualeret & teneret absq aliquo alio cōsensu totius ciuitatis. l. Aliud. §. refertur. ff. de regu. iu. l. Quod maior. ff. de muni.
Si hoc est uerum ergo clare apparet q lex nullo modo considerat consensum totius ciuitatis patet quia si lex in aliquo casu consideraret consensum totius ciuitatis consideraret et requireret ipsum consensum in aditione hereditatis & non esset contenta consensu regentiū uel maioris partis ciuitatis patet quia ex. d. l. potuit probatur q quis lex dederit tutori liberā & plenā administrationē omniū bonorū & persone pupilli/ tamen lex non est contenta solo consensu tutoris in aditiōe hereditatis/ sed reqrit cōsensum pupilli si pupillus aliquo modo potest cōsentire sic in simili dicendū est q lex non fuisset contenta in casu nostro consensu regentiū siue maioris partis ciuitatis sed requisiuisset cōsensum totius ciuitatis si ipsa ciuitas potuisset aliquo modo consentire sed istud non fit ergo clare dicendū est q tota ciuitas nullo modo possit consentire. Et si tu diceres q ideo lex nō requirit consensum totius ciuitatis in casu. l. potuit/ quia tota ciuitas non pōt facile consentire non ideo quia non possit cōsentire. Rń. q ista ratio non est bona & probatur/ quia si ista ratio esset bona sequeretur q in casu. l. metū. §. animaduertendum supra alle. & in multis alijs casibus adductis a Doc. non requireretur consensus totius ciuitatis patet quia in omni casu est illa difficultas de qua per Do. & tamen secundū Do. l. ex non obstante dicta difficultate non est cōtenta in. l. metum & simi. consensu regentiū uel maioris partis ciuitatis tantum sed uult cōsensum totius populi ergo & in casu nostro debebat requiri consensus totius ciuitatis nō obstāte difficultate. Et si tu diceres q in iurib⁹ adductis per Docto. de facto contigit q tota ciuitas consensit/ non autem requisitus fuit consensus totius ciuitatis a iure reń. q in casib⁹ adductis per Doc. nullo modo narratur factum sed ponitur regula patet ex inspectione iurium alle. a doctoribus.
Secundo arguo illud q raro uel non facile euenit contemnitur & non habetur in consideratione a iure uulg. l. nam ad ea cum simi. ff. de. leg sed cōsensus populi raro uel saltē nō facile euenit. l. Itē si unus. §. principaliter. ff. de arbi. facit optime. c. j. extra de his que fiunt a maiori parte cap. & fatentur ipsimet Do. ergo dicendū est q cōsensus totius populi cōtēnatur & non habeatur in cōsideratione a iure si cōsensus toti⁹ populi cōtēnitur & nō habetur in cōsideratiōe a iure ergo cōclusio mea erit uera & p cōsequēs cōclusio Doc. falsa in quantū uolūt q licet non facile habeatur cōsensus totius populi tamē totus populus cōsentiat & eius cōsensus consideretur a iure. Nec obstat si quis diceret q lex cōsiderat aliquādo casum qui de raro & nō facile euenit. l. sed. & si. § si pater. ff. de iudi. l. antiqui ff. si pars here. pe. cū simi. adductis per glo. & Bar. in. d. l. nā ad ea. Si lex cōsiderat aliquando casum qui de raro & nō facile euenit ergo dicamus q lex consideret consensum totius populi ex quo habemus multos tex. ex quibus probatur q populus consentit & lex uidetur habere in cōsideratione eius cōsensum prout habem⁹ tex. cū cōcordātibus in. l. metū. ff. q me causa si lex cōsiderat cōsensum toti⁹ populi ergo argumētatio & cōclusio tua falsa/ quia reń. & primo inquātū dicitur q lex qńq cōsiderat casū q de raro & nō facile euenit admitto inquantū dici-

tur lex considerat consensum populi ego nego & dico q licet lex consideret aliqn casum de raro euenientem tamen nullo modo considerat consensum totius populi & q hoc sit uerũ ostẽdo hoc modo.

Clarum est q si lex consideraret cõsensum populi lex non constituisset q maior pars populi consentiret pro populo ratio quia lex nil frustra agit. l. ait pretor cum ibi. no. ff. de iu. iu. nec inducit dispositiones superfluo. l. Dominus testamento. ff. de condi. indebi. l. i. §. dixerit aliquis. ff. de pub. sed lex constituit q maior pars populi consentiat pro populo uul. l. Qz maior cũ simi. ff. ad munici. ergo apparet q lex nõ cõsiderat consensum populi / & si tu replicãdo diceres q lex non constituit q maior pars populi consentiat ex eo quia non consideret consensum populi sed ex eo constituit quia populus cum difficultate consentit si cõstituit ex eo qa cum difficultate consentit ergo reñ. tua supra proxime facta non est bona. Reñ. & pro respõsione arguo sic. Aut scribentes uolunt q ppter difficultatem lex ita transtulerit consensum totius populi in maiorẽ partem populi q lex nullo modo amplius consideret consensum totius populi & tunc dico q ego habeo intentum patet ex se.

Aut scribentes uolunt q licet propter difficultatem lex transtulerit consensum totius populi in maiorem partem populi & tamẽ dictus cõsensus remaneat etiam apud populũ prout in simili uult glo. in. §. q principi in uer. concesserit insti. de iu. na. gen. & ciui. ubi doctores & dictus consensus totius populi interueniat presertim in aliqubus casibus in quibus non sufficiat consensus maioris partis & tũc etiam dico q istud est etiam iudicio meo falsum et ostẽdo ratione hoc modo.

Clarũ est q uidetur rationabile q si aliquo casu esset requirendus consensus ~~[illegible]~~ totius populi ita q consensus maioris partis non sufficeret talis consensus esset requirendus & deberet interuenire in rebus grauibus & arduis & his que possunt tantum expediri a populo & in his q̃ proprie resident apud ipsum populum tantũ prout est secundum Bar. in. l. Aut facta. §. fi. ff. de pen. facere statuta dare iurisdictionẽ imponere collectas alienare res populi adire hereditatem & simili. Item adimplere cõdictiones & delinquere facit. l. i. §. sed & si quis. ff. de car. edi. c. ubi periculũ extra de elect. sed ego habeo q in explicandis huiusemodi rebus grauissimis nõ requiritur nec consideratur a iure consensus totius populi sed sufficit consensus maioris partis tantum Bar. expresse in. l. omnes populi. in vi. q. prime. q. principalis Bar. & scribẽtes in. l. aut facta. l. municipibus supra alle. ergo dicendum est audacter q multo minus requiratur & consideretur consensus totius populi in rebus uilissimis si ergo non consideratur cõsensus totius populi in grauibus & multo minus in uilibus negocijs ergo sequitur q erit uerum dicere q nullo casu requiratur nec cõsideratur a iure consensus totius populi & q ita sit translatus in maiorem partem populi q amplius ipse non consideratur & sic per hec uidetur sublatũ obiectum de quo supra.

Et si tu diceres q licet uerum sit q nullo casu cõsideretur a iure cõsensus totius populi tanq̃ necessarius adesse actus tamẽ si interueniat ex se lex considerat eum. l. non ambigitur & ibi ãgelus. ff. de leg. Rñ. q hoc non est uerũ nec aliquo modo procedere põt ex quo iam lex concessit & transtulit totum consensum & auctoritatem totius populi in maiorem partem populi & p hac responsione facit primo q no. glo. in. §. multis in uerbo transitum insti. de libertinis et no. in. c. cum ordinem extra de rescriptis. Secundo et magis fundamentaliter q consensus de quo in proposito modo non cõsideretur a iure probo arguendo ex tex. in. l. Paulus alias per procuratorẽ ff. de acqui. here. ubi probatur q ego non possum adire hereditatem per procuratorem et ratio est quia statim ex quo ego mando ut adeatur hereditas producitur inesse aditio / et sic nihil restat agendum per procuratorem et si fieret non attenderetur nec consideraretur quantum ad ualiditatem actus. d. l. paulus / sic arguendo a simili dicendum est eodem modo in proposito q populus consentire non possit et ratio sit quia statim quando due partes consenserũt dicitur productus inesse actus saltem quantum ad id q explicandum est per ipsas duas partes si est productus inesse actus per consensum duarum partium populi ergo nil restat agendum per reliquam partem populi ergo si fiat aliquid per dictam reliquam partem non habetur in cõsideratione a iure. d. l. paulus quãtum ad ualiditatem decreti / licet alios effectus posset pducere. Facit optime tex. in. l. pe. ff. de

fideiuss. ubi probatur q lex non consideratcasum cuius euētus nil operatur sed clarum est q si totus populus consentiret nil operaretur dictus cōsensus circa actum alias legittime factū ex quo due partes idem possunt ergo est dicendum q lex non consideret consensum totius populi & ista sufficiant ad tollendum fundamentum supra factum. Nec obstat. l. non ambigitur supra all. quia respon. secundum magis cōmunem opinionem uel q populus non potest facere legem generalem & si faceret nō seruaretur uel q quequid facit popul9 facit auctoritate sibi de nouo concessa a principe iste sunt solutiones Do. in. d. l. nō ambigitur & in. §. q principi insti. de iu. na. gen. & ciui.

Quarto principaliter arguo sic lex reputat inconueniens ut pauci quandoq non tam de ratione q̄ de propria uoluntate ordinationes maioris partis impediant tex. est ad litteram in. c. j. extra de his que sunt a maio. par. cap. Sed clarum est q si nos diceremus q lex consideraret in actibus faciendis consensum totius populi sequeretur q pauci quandoq uel etiā unus nō tam de ratione q̄ de propria uoluntate impediret ordinationes maioris partis ergo ne sequatur istud absurdum dicendū est q lex nullo modo consideret consensum totius populi.

Quinto principaliter adduco omnia iura adducta in proposito per Do. uidelicet. l. sed si dolo. §. sed an in municipes. ff. de dolo ibi quid enim municipes dolo facere possunt tex. in. l. j. §. ff. ff. de acqui. po. ibi quia uniuersi consentire nō possunt. l. unicam. ff. de lib. uni. ibi mouet. n. q consentire non possunt cum alijs similibus infinitis.

Sexto principaliter adduco q nos uidemus q infantes furiosi mente capti & absentes sunt de populo & tamen consentire non possunt Bar. late in. l. Aut facta. §. fi. ff. pe penis ergo necessario dicendum est q populus consentire non possit.

Non obstat modo primo principaliter tex. in §. fi. in auctē. de desen. ciui. ibi nullo reluctāte etcet. q2 rñ. q ille tex. non loquitur de toto populo sed loquitur de ciuib9 qui sunt apti ad officium defensoris ciuitatis patet ex dicto textu in quorum preiudicium tanq̄ singulorum redundabat reformatio de qua in dicto tex. quia singuli ciues debebant admitti uel non admitti secundum ordinem circuli ad illud officium si illa reformatio redundabat in preiudiciū singulorum ergo ille tex. nihil obstat cum in iure maxima sit differentia an aliquid fiat ab uno collegio tanq̄ ab uniuersis uel tanq̄ a singulis.

Secundo non obstat tex. in. l. humanum. C. de leg. quia rñ. q ille tex. solū procedit in casu suo uidelicet quando lex requirit consensum per uiam consilij istam solutionem tenet Bal. in. d. l. humanum sequitur & tenet expresse. D. fel. in c. cū omnes de consti. & ratio decisionis potest esse quia in casu d. l. humanum nō potest sequi absurdum de quo in. c. j. extra de his que fui. a maio. par. ca. quia princeps non arctatur sequi consilium omnium sed potest sequi consilium unius & etiam nullius si uult. Vltimo dic q ille tex. non loquitur in populo sed in collegio consiliariorum.

Vltimo non obstat tex. in. l. metū. §. animaduertendum cum similibus supra alle. quia rñ. Primo q lex metum debet intelligi secundum dispositionem l. sed si ex dolo. Et. l. j. §. fi. ff. de acqui. po. intelligenda est q loquatur de retinēda non autem de acquirenda pos. que retineri potest sine consensu. l. si is qui. ff. de acqui. pos. cum simi. Secundo q. d. lex cum suis similibus in quibus dicitur per populum fieri uel acquiri intelligitur per regētes res populi siue sit maior pars populi siue un9 siue plures iuxta. l. nulli. ff. q cum uni. no. & ita tenet Bar. in. d. l. aut facta. §. fi. ff. de pēis & multi alii in locis preallegatis. Et si tu diceres q glo. & Do. supra all. dederunt istam eandem solutionem ad dictos tex. et sic conclusio tua non est noua. Rñ. q preall. glo & Do. recesserūt ab ista solutione patet inspiciendo dicta glo. & Do. & presertim glo. in d. §. animaduertendum que primo dixit q intelligendum erat q in. d. §. maior pars uniuersitatis fecerit non tota postea in fi. dicit glo. uel uerius puto q uniuersitas etcet. & glo. in. l. j. §. municipes. ff. de acqui. poss. ex eo q dum tex. dicit q municipes consentire non possunt opponit de. l. humanum. C. de. leg. ubi est tex. clarus q oēs homines adhibiti ad actum de quo in. d. l. humanū consentiant & pro solutione dicit q tex. d. §. fi. debet exponi non facile ex quo colligitur q glo. uolunt q oēs de populo cōsentiāt & possint cōsentire & ei9 cōsensus attēdatur licet nō facile dict9 cōsensus possit interuenire.

Et si tu adhuc instares & diceres ꝙ dū Do. uolunt in. l. metū. §. admittendum. l. sed si ex dolo §. i. & l. i. ff. de si. uni. & l. i. §. si. ff. de acq. poss. & simi. ꝙ populus possit consentire licet cū difficultate consentiat non intelligant nec intendunt dicere ꝙ totus populus possit consentire licet cum difficultate consentiat sed intendunt dicere ꝙ dum dicta iura dicunt ꝙ populus non pōt consentire intelligantur ꝙ populus nō possit per maiorem partem populi consentire facile & ratio est quia ad hoc ut popul⁹ possit per maiorem partem populi consentire requiritur sonus campane / & ita uidetur sentire glo. in. d. l. sed si ex dolo. §. i. & sic sensus doctorum erit / ꝙ uerus intellectus iurium preal. sit ꝙ dicti tex. intelligātur dum dicunt ꝙ populus nō pōt cōsentire ꝙ uelint dicere ꝙ populus non possit cōsentire etiam per maiorem partem populi facile sed bene populus possit consentire per maiorem partem populi cum difficultate tamen.

Ex quo elicitur ꝙ tex. in. d. l. sed si ex dolo uelit ꝙ populus possit consentire ex quo consentit per maiorem partem populi licet cum difficultate. Hoc stante dico ꝙ si Do. hoc senserūt male senserunt & ex consequenti uera erit cōclusio mea ꝙ nullus usq; ad hec tempora bene intellexit ꝙ dicitur de iure ꝙ populus non consentit

Et ꝙ hoc sit uerum probo primo per tex. in. d. l. sed si ex dolo ponderando / ꝙ si tex. considerasset ꝙ populus posset consentire ex eo quia consentit per maiorem partem populi non dixisset actionem de dolo non posse dari in municipes quia consentire non possunt ratio quia ex quo populus posset cōsentire per maiorem partem prout maior pars pōt consentire patet quia creat pretorem tribunum et cet. non posset dici ꝙ populus non possit cōsentire & ex cōsequēti ꝙ nō posset dari cōtra eū actio. de dolo Sed tex. expresse dicit actionē de dolo nō posse dari cōtra municipes quia nō possunt cōsentire ergo datur clare intelligi ꝙ tex. uult ꝙ aliud sit consensus totius populi / & aliud consensus maioris partis & diuersus habeāt effect⁹ & nō ꝙ quando maior pars populi cōsentit dicatur totus populus consentire per illā maiorē partē

Secundo probo per tex. in. l. i. ff. de lib. uni. ubi habetur ꝙ populus non pōt agnoscere Bo. po. de iuris rigore sed solū ex cōcessione facta a iure etiā si maior pars siue regentes decernant de agnoscenda Bo. po. ꝙ certe non esset si consensus maioris partis esset consensus totius populi & pro tali haberetur in omnibus a iure.

Et si tu diceres ꝙ Rogerius quem all. Bar. in. l. i. §. si. ff. de acqui. pos. tenuit firmiter ꝙ uniuersitas nō possit acquirere possessionem ergo tenuit firmiter ꝙ uniuersitas non possit consentire rñ. ꝙ Rogeri⁹ tenuit ꝙ uniuersitas nō possit acquirere poss. non ex eo quia non posset cōsentire sed ex eo quia uniuersitas nō habet corpus patet inspiciendo dicta uerba in. d. loco.

Con. vi.

Nullus scribentium usq; ad hec tempora iudicio meo uidetur habuisse ueram intelligentiā. an & quando infans possit gerere actum.

Con. vii.

Conabor ego adducere in medium nouam & forte substentabilem intelligentiam.

Q2 autē nullus scribentiū habuerit uerā intelligentiā in hoc passu iudicio meo ex eo apparet quia inter doctores maxima est discordia / & si unus ex do. habuit bonā opinionē in uno casu in alio male sensit nec est aliquis ex eis qui firmet uerā doctrinā soluēdo cōtraria ac iura iuribus cōcordando prout in aliis materiis a Do. fieri consueuit. & ꝙ maxima sit discordia inter Do. patet. Nā glo. communiter uolūt ꝙ infās possit stipulari rē pupilli saluā fore & has glo. sequūtur Bar. pau. de Cast. ang. & aretinus in. l nā. Alii uolūt de directo cōtrariū uidelicet pe. cy. imo & moderni / nouissimi papieñ tenuerūt aliā & tertiā opinionē. Itē glo. uolūt ꝙ infans possit gerere actū cū auctoritate administratorū & illas sequūtur cy. & Rapha. Contrariū tenet Bar. et Pau. de Cast. Itē bar. in. l. i. §. adipiscimur. ff. de acq. poss. uult ꝙ pximus infantie non possit acquirere poss. sine tutoris auctoritate et seqtur imola. Cōtrariū tenet Raph. lud. Ro. et moderni. Itē bar. quē sequūtur moderni distinguit in hac materia inter res in quib⁹ infans habet affectionē vt sunt iocalia et his similia et alias res in quibus non cadit affectio infātis et sic ex his apparet ꝙ maxima ē discordia inter scribentes in hoc passu et ꝙ eorū fere tot fuere sentētie quot capita & ꝙ si un⁹ ex doctorib⁹ habuit bonā opinionē in uno casu in alio male sensit nec aliquis soluit contraria que in materia adducuntur nec iura iuribus concordauit ex quo audacter possumus dicere ꝙ nullus sit scribentium qui usq; ad hec tempora habuerit ueram intelligentiam in hac materia.

Vera igitur intelligentia hec est ꝙ infans nullum actum gerere potest.

Pro ista doctrina facit primo iudicio meo ineuitabiliter tex. in. l. j. §. sufficit. ff. de admini. tuto.

Secundo facit tex. in. l. si infanti in princi. iuncto. §. fi. C. de iu. deli.

Tertio facit tex. in. §. pupillus insti. de inuti. stip. & tex. in. l. j. §. pe. ff. de acti. & obli. in quibus iuribus probatur ꝙ in pupillo qui est minor septem annis nihil noui est inductū in eiꝰ fauorē patet ex inspectione. d. §. pupillus ibi sed in proximis infantie et cet. si nihil noui est inductum in eius fauorē ergo remanet dispositioni iuris cōmunis de qua in. d. §. pupillus. l. precipimus. C. de appell. & sic minor septē annis nullum actum gerere potest.

Ex his iudicio meo ulterius non insistendo arbitror ꝙ sit satis corroborata doctrina supra per me tradita.

Restat modo respondere iuribus que in cōtrarium adduci possunt que propter eorum uarietatem inducunt difficultatem in materia.

Primo contra hanc meam doctrinā adduci potest tex. apertus & uulgatus adductus ad propositū per scribentes in. l. seruum. ff. de ac. pupi. sal fore hoc modo inducendo.

Pupillus qui fari potest licet non intelligat qd agat potest stipulari rem pupilli saluā fore probatur ad litteram in. d. l. seruum sed clarum est ꝙ pupillus minor septennio licet nō intelligat quid agat fari potest / patet considerando oēs pueros qui sunt. j. septenniū. i. in sexto & quinto anno qui regulariter omnes fari possunt / ergo necessario dicendum est ꝙ pupillus minor septennio licet non intelligat quid agat stipulari possit rem pupilli saluam fore si hoc est uerum ergo conclusio tua falsa inquantum tenes ꝙ minor septennio nullum actū gerere possit.

Huic fundamento breuiter respō. ꝙ licet uerū sit ꝙ pupillus minor septennio naturaliter fari possit tamen ciuiliter & iuris consideratione dicitur nō posse fari / probatur hoc ad litteram in l. j. §. sufficit. ff. de admi. tuto. & ideo tex. in. d. l. seruum est intelligendus ꝙ loquatur in proximo infantie cui conueniūt illa uerba uidelicet tamen propter utilitatem receptum est. §. pupillus insti. de inuti. stipu. & sic ex his apparet ꝙ tex. in. d. l. seruum nil obstat.

Secundo cōtra cōclusionem meam adduci potest tex. in. l. j. §. adipiscimur. ff. de acqui. po. hoc modo inducendo. Aut tu uis ꝙ iuris cōsultus in uersi. sed pupillus intendat loqui de pupillo minore septennio tātum & tunc ego dico ꝙ ex quo iuris cons. determinat ꝙ pupillus de quo in. d. uersi. possit acquirere possessionem / tua cōclusio redditur falsa inquātum tu tenes ꝙ minor septennio nullum actum gerere possit. Aut tu uis ꝙ in dicto uersiculo iuris consultus intēdat loqui tam de pupillo minore septēnio q̄ de pupillo maiore septennio & tūc eadē ratione dico ꝙ cōclusio tua redditur falsa. Aut tu uis ꝙ in dicto uersiculo iu. cōsultus intēdat solum loqui de pupillo minore septēnio & tūc *maiore*
dico ꝙ istud uidetur impossibile & ostēdo hoc modo. Iu. consultus in uersi. sed furiosus determinat ꝙ de iuris subtilitate pupillus nō possit incipere possidere ex ea ratione / quia pupillus non habet affectionem tenendi / sed clarum est ꝙ ista ratio multo magis militat in minore septennio q̄ in maiore septennio ergo dicendū est ꝙ multo magis debet militare in eo dispositio dicti uersiculi sed furiosus / si ergo uersiculꝰ sed furiosus loquitur tam in minore septēnio q̄ in maiore septēnio ergo sequitur ꝙ ad hoc ut iu. consultus loquatur in eisdem terminis in uersiculo sed pupillus in qbus locutus fuerat in uersi. sed furiosus / necesse est ꝙ iu. consultus ita loquatur in uersi. sed pupillus de minore septennio sicut de maiore septennio si hoc est uerum ergo conclusio falsa per predicta.

Ad istud argumentum rñ. ꝙ ego admitto primum & secundum membrum argumenti & fateor ꝙ si uers. Sed pupillus intelligendus esset ꝙ loquatur de pupillo minore septennio tātū / uel de pupillo minore & maiore septennio simul conclusio mea non posset substentari & esset omnino falsa.

Ad tertium mēbrum dico ꝙ ego intelligo uersi. sed pupillus ꝙ loquatur in pupillo maiore septennio tantum / & ad contraria adducta respondeo ꝙ non est nouum ꝙ iuris cōsultus aliquando mutet terminos patet in infinitis. ll.

in quibus dicitur textus mutat caſum/item nõ eſt nouum ꝙ iuris conſultus utatur uno & eodem termino magis generaliter in uno caſu ꝙ̃ in alio patet in termino adeptio/quo termino legis latores aliquando utuntur pro termino generis aliquando utũtur pro termino ſpeciei tex.eſt in.§.j.inſti.de adopti. Item legis latores ſepe utuntur uno & eodem termino ꝓprie in uno caſu & in proprie in alio caſu.l.ij.cũ no. ff.de officio proc.patet in omnib⁹ locis in quibus dicimus legis latorem min⁹ proprie loqui Si hoc eſt uerum ergo non eſt inconueniẽs preſertim ut iura iuribus concordentur ꝙ nos dicamus ꝙ iuris conſultus ſit uſus iſto termino pupillus in uerſi. ſed furioſus pro termino cõprehendente minorem & maiorẽ ſeptennio ſimul & in uerſi.Sed pupillus ſit uſus pro termino cõprehendente maiorem ſeptennio tantum ꝓut magis cõmuniter intelligunt Do.dictum uerſi.Sed pupillus & ſic ex his ſit reſponſum argumento ſupra formato contra concluſionẽ meã

Tertio contra concluſionem meam argui poteſt ex eodem tex.hoc modo. Secundum te in uerſi.Sed furioſus/comprehenditur etiam minor ſeptennio tunc ſic in dicto uerſi. ſed furioſus dicitur ꝙ minor ſeptennio non poteſt incipere poſſidere ſine tutoris auctoritate ergo arguendo a contrario ſenſu cum tutoris authoritate poteſt/ſi poteſt ergo concluſio tua falſa.

Ad iſtud argumentum reſpondeo breuiter ꝙ argumentum a contrario ſenſu in caſu propoſito non poteſt procedere/ex eo quia eſſet contra omnia iura adducta ſupra pro conclu.mea l ij.cum ibi no.ff.de officio eius cui.ma.eſt iur. Et ꝙ ibi dicitur furioſus & pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt incipere poſſidere intelligitur ꝙ furioſus & pupillus nullo modo poſſunt incipere poſſidere niſi tutor ipſe incipiat poſſidere auctoritate ſua.

Quarto contra cõcluſionem meam pro maiori declaratione huius difficultatis arguo ſic.Proximus infantie equiparatur quoad actus faciendos proximo pubertati tex.eſt.& ibi glo. in uer.proximi in.§.pupillus/inſtitu. de inuti.ſti pu.in materia all.ibi ut idẽ iuris habeant quod pubertati proximi etcet. ſequuntur Raphael comen.ludo.Ro.& ceteri moderni in.l.j.§.adipiſcimur.ff.de acqui.po.Sed ego habeo ꝙ proximus pubertati poteſt acquirere poſſ.ſine tutoris auctoritate.l.j.§.adipiſcimur in uer.oſſilius.l.quamuis.§.pupillus. ff.de acqui.poſſ.ergo eodem modo & proximus infantie per predicta. Si ꝓximus infantie poteſt acqrere poſſ. ſine tutoris auctoritate ergo neceſſario ſequitur ꝙ quando leges in aliquo caſu dicunt/pupillum uel infantem poſſe poſſeſſionem acquirere dummodo interueniat tutoris auctoritas prout eſt tex.in prealle. l.j.§.adipiſcimur uer. ſed pupillus & in preal.l.quamuis.§.infans.ff. de acqui.po.neceſſario ſunt intelligende ut loquantur in minore ſeptennio patet quia maior ſeptẽnio poteſt acquirere poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate per predicta.Si hoc eſt uerũ/ergo minor ſeptennio poteſt gerere actum dũmodo interueniat auctoritas tutoris/& ſic concluſio tua eſt euidenter falſa.

Ad iſtud argumentum reſpõ. & dicõ ꝙ nõ eſt uerum ꝙ leges que dicunt pupillum uel infantẽ poſſe acquirere poſſ.dũmodo iteruenia tutoris authoritas ſint intelligẽde ut loquãtur neceſſario de minore ſeptennio/ſed ꝙ neceſſario ſunt intelligende ut loquantur de maiore ſeptennio proximo tamen infantie & ꝙ hoc ſit uerum probo hoc modo arguendo.

Qui nullum habet intellectum etiam ſi eius animus ſuppleatur ab alio non poteſt regulariter corpore ſuo gerere aliquem actum.l.in negocijs ff.de reg.iu.§.pupillus inſti. de inutili ſti.l. l.§.sufficit.ff. de admi. tuto. minor ſeptennio nullum habet intellectum.d.§.pupillus. l.i.§. pe.ff.de actio.& obli.ergo minor ſeptennio etiam ſi eius animus ſuppleatur ab alio/non poteſt gerere aliquem actum corpore ſuo ergo nõ põt acquirere poſſ.l.iii.ff.de acqui.po.ſi hoc eſt uerum ergo neceſſario ſequitur ꝙ leges dicẽtes ꝙ pupillus uel infans poſſit acqrere poſſ. interueniente auctoritate tutoris intelligende ſunt ꝙ loquantur in pupillo proximo infantie cui ſoli ex his qui nullum habẽt intellectum ex benignitate cõceſſum eſt ut poſſit actum gerere nõ ut loquãtur in minore ſeptẽnio ſi ſunt intelligẽde ut loquãtur in proximo infantie ergo argumentum corruit.

Nõ obſtat fundamentum tenentium cõtrariũ per quod dicitur proximus infantie equiparatur quoad actum faciendum ꝓximo pubertati ſed proximus pubertati põt actum gerere ſine tutoris auctoritate ergo & ꝓximus infantie

ergo iura dicentia q infans potest auctoritate
tutoris interueniente acquirere poss. intelligen
de sunt ut loquantur de minore septēnio /quia
respō. q opinio tenētium q proximus infantie
sit ita equiparatus proximo pubertati q possit
gerere actum sine tutoris auctoritate nō est ue
ra uel saltem est dubia.

Q sit dubia patet quia contrarium tenēt glo.
in .l. sequitur. §. pupillus. ff. de usu-capio glo. in
§. pupillus institu. de iputi stipu. glo. & Bar. in
l. j. ff. de noua. imo in. l. j. §. adipiscimur. ff. de
acqui. possess. & pro ista opinione facit tex. in
preall. §. pupillus coniungēdo prima uerba. d.
§. cum. d. uer. ut idem iuris etcet. si est dubia
ergo de ea non est arguendum arg. no. in. l. in
ambiguo. ff. de. Reb. dub.

Q etiam non sit uera arguo hoc modo. Clarū
est q ex. §. adipiscimur sepius all. colligitur a-
perte q olim fuit disceptatio inter iuris peritos
an pupillus possit acquirere possessionem sine
tutoris authoritate patet ex inspectione dicti
tex. in uer. offilius. Itē clare colligitur q demū
paulus iuris consultus auctor dicti. §. adipi-
scimur determinauit q sententia offilij & alio-
rum iuris peritorum tenētium q pupillus pos-
sit acqui. possessionem sine tutoris auctoritate
ita recipi possit si tamen pupillus eius esset eta
tis ut intellectum caperet & non aliter & ita ob
tentum fuit/si ergo in iure obtentum huius so-
lus pupillus ille possit accipere poss. sine tuto-
ris auctoritate qui ei⁹ etatis esset ut intellectū
caperet & non alius/& ego habeo q proximus
infantie non est eius etatis ut intellectum capi
at. §. pupillus sepius all. ergo necessario dicen-
dum est q proxim⁹ infantie non possit sine tu
toris auctoritate accipere poss.

Pondero pterea ex. d. tex. q non est uerisimile
q offilius & nerua uoluerint q infans duorum
annorum uel unius uel etiam unius mensis uel
diei possit acquirere pōss. sine tutoris auctori-
tate quia si hoc uerum esset sequeretur q furio-
sus & mente captus etiam sine tutoris auctori-
tate posset acqui. pos. q nullo modo est admit-
tendum. l. in negocijs cum simi. ff. de reg. iu. &
in terminis nostris est tex. in l. j. §. ceterum. ff.
de acqui. po.
Si hoc est uerū ergo sequitur q quādo offilius
& nerua uolebant q pupillus possit acquirere
poss. sine tutoris auctoritate intelligebāt & uo
lebant loqui de eo pupillo qui est ultra septi-
mum annum & sic de pupillo proximo infan-
tie & proximo pubertati sed paulus Iu. cons. so
lum admittit eorum opinionem in uno eorum
uidelicet in proximo pubertati qui solus dici-
tur habere intellectum. §. pupillus supra sepi⁹
all. ergo necessario sequitur q refutatur opinio
offilij & nerue in alio/& sic inquātum uolebāt
q proximus infantie possit acqui. poss. sine tu
toris auctoritate. l. maritus. C. de procu. l. pre-
ter. ff. de iud. si hoc est uerum ergo sequitur q
ad hoc ut proximus infantie possit acqui. poss.
reqritur q habeat tutoris auctoritatē & sic cla
re apparet q leges dicentes q pupillus possit
acqui. poss. cum tutoris auctoritate intelligen
de sunt ut loquantur in proximo infantie non
in minore septennio & sic argumentum supra
formatum corruit.

Secundo arguo ex tex. in. l. quamuis. §. infans
de acqui. poss. hoc modo inducēdo ex benigni
tate a iure solum receptum est q proximus in-
fantie ex his qui nullum habent intellectū pro
pter eius utilitatem possit actum gerere. §. pu-
pillus supra sepius all. l. j. §. pe. ff. de acti. & ob
liga. si ex benignitate a iure solum receptū est/
q proximus infantie propter eius utilitatē pos
sit actum gerere ergo sequitur necessario q il-
la uerba posita in. d. l. quamuis. §. infans vide-
licet utilitatis enim causa receptum est solum
conueniunt proximo infantie/si hoc est uerum
ergo necessario sequitur q tex. in. d. l. quamuis
§. infans solum loquitur de proximo infantie/
si. d. §. loquitur solum necessario in proximo in
fantie/& in casu dicti. §. requiritur auctoritas
tutoris ergo necessario sequitur q ad hoc ut p-
ximus infantie possit acqui. poss. requiritur au
ctoritas tutoris/si hoc est uerum ergo argumē
tum non potest producere.

Tertio pro corroboratione proxime dictorū
adduco tex. in. l. in negocijs. ff. de reg. iuris pō-
derando tex. in uer. alia eorum qui fari possunt
iunctis finalibus uerbis. d. tex. ibi pupillus om
nia negocia tutore auctore iuncto tex. in. l. j. §.
sufficit. ff. de admi. tuto. §. pupillus sepius all.
l. si infanti. C. de iure deli.

Restat ad tollendam omnem difficultatem ut
respō. & ostēdam in quibus casibus locum ha-
beant nonnulla iura que adducuntur in propo

sito. Et ideo primo dico ꝙ tex. in. l. si. §. j. ff. de uer. obli. intelligi debet ꝙ loquatur in proximo infantie. Idẽ dico de. l. j. §. pe. ff. de acti. & obli. Idem de. l. seruo inuito. §. si pupillo in prin. §. ff. ad trebel. Idem dico de. l. potuit. C. de. iu. de. li. Idem dico de. l. condictionibus. ff. de con. & demo. l. j. ff. de uer. obli. intelligi debet ꝙ loquatur in minore septennio. Idem dico de. l. mulier eodem titulo/aliis uero iuribus potest quis respon. per se.

Con. vij.

Verus sensus tex. in. l. donatarum. C. de acqui. poss. non uidetur usq; in hunc diem cognitus a Doctoribus.

Con. viij.

Conabor ergo dare nouum sensum & forte sustentabilem.

Doctores uolunt ꝙ tex. de quo in conclusione loquatur in minore septennio & probant intelligendo & deducendo consequentiã. d. tex. hoc modo. Si diceremus ꝙ infans minor septennio propter defectum intellectus non posset cum auctoritate tutoris acqui. poss. sequeretur ꝙ tutor ipse per se non posset acquirere poss. consequens est falsum ergo & antecedens & inducũt tex. diuersimode.

Et primo modo inducũt sic tex. auctoritate papiniani facit istam consequentiam si non posset acqui. posse. per infantem ergo non posset per eius tutorem ergo uult tex. ꝙ possessio que potest acquiri infanti per tutorem possit etiam acquiri per eius infantem sed in ꝓposito nostro clarum est ꝙ tutor põt acqui. poss. infanti. l. i. ff de Bo. po. infan. ergo seqtur ꝙ ipse ĩfans debet posse sibi acqr. poss. cũ auctoritate tutoris licet sit minor septẽnio & nullũ habeat intellectum.

Secundo inducũt hoc modo ex quo infans nullum habet intellectum si negaremus ꝙ tutore auctore non posset acquirere poss. non esset aliud dicere nisi ꝙ iudicium talis infantis a tutore suppleri nõ potest igitur habemus dicere ꝙ solus tutor non possit etiam querere posse. quia tunc uidetur solus tutor implere in totum defectum infantis sed istud non est dicendum ergo dicendum est ꝙ infans possit acqui. poss.

Qꝛ iste intellectus & sensus Doc. non sit bonꝰ ostendo & pro clariori examinatione dicti tex. primo premitto ꝙ legis latores aliquando appellant proximum infantie pupillum aliquando appellant eundem infantẽ probatur ex tex. in. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad trebell. & ex tex. iuncta glo. in. c. ueniẽs extra de eo qui cog. cons. uxo. sue iũcta. l. i. §. adipiscimur. ff. de acqui. poss. l. si. §. i. ff. de uer. obli.

